Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nec obstant ea, quæ tradit Menoch: d. cons: 391. n. 32. & 33: Cum enim hoc casu istæ dictiones (: Secundum Jus Feudorum :) eiusmodi feudo adiectæ sint, quod pro se & omnibus hæredibus acquisitum fuit, adeoq; alienabili & transitorio per supra dicta: sequitur istas dictiones tanquam dispositioni certæ adiectas debere causa fuit accipi, ut ipse sentit Menoch: d. cons: 391. n. 32. & 33. in princ: Deinde etiam nequa quam existimamus Menochm. in d. cons. 391. n. 32. & seq: rectius respondisse, quam Decianus d. respons: 58. vol. 2. respondit, cuius argumenta ipse confutancta sibi quidem proposuit.

His enim verbis (: Disponendi, Vendendi & Alienandi, prout placuerit :) omnino intelligi fur alienandi absq; assensu Domini concessa licentia per c. 1. de feud: non habent: propr: natur. Sicut recte responderunt ab ipso Deciano & Menochio citati, alijq;. Sed & ipse Menoch: is fud magis disputandi causa (: prout Del: absolent sæpius ex superabundanti facere in consilijs suis :) scripsit, in eo principaliter contra Decian: sentiens, isto casu de quo tractarunt foeminam saltem excludi donec masculus extat, ut per totum consilium ibid: ostendit. Et in specie aliud tradidit ipse Menoch: cons: 323. n. 19. & cons: 255. n. 32. et cons: 1. n. 126. ubi plures citat.

Ex stein